

δακτυλική διποδία / dactylica dipodia

— ◡ ◡ — ◡ ◡

1a. TZETZ. *de metr. Pind.* 115. 1 sqq.

ἔνατον (*scil.* τῆς ἰδ' Ὀλυμπιακῆς) ἐκ δακτυλικῆς τῆς διποδίας ἔστι,
πρὸς τούτοις πενθημιμεροῦς ὄντος ἐκ τῶν τροχαίων.

διποδία δακτυλική τροχαϊκά

— ◡ ◡ — ◡ ◡ — ◡ — ◡ ◡

SCHOL. VET. in Pind. *Ol.* 14 (p. 12. 15 Tessier) τὸ ζ' δακτυλική διποδία ἔξα-
σύλλαβος.

SCHOL. VET. in Pind. *Ol.* 14 (p. 13. 1 sq. Tessier) τὸ θ' ἐκ δακτυλικῆς διπο-
δίας καὶ τροχαϊκοῦ πενθημιμεροῦς [καὶ ἰαμβικῆς βάσεως].

SCHOL. REC. in Pind. *Ol.* 14 (p. 420. 10 sqq. Abel) τὸ ζ' ἔξασύλλαβον, δα-
κτυλική διποδία ἦτοι δακτυλικὸν δίμετρον. ὡς δ' ἐμοὶ δοκεῖ, παιωνικὸν ἔστι
κρητικὸν λεγόμενον δίμετρον ἀκατάληκτον ἐκ β' κρητικῶν.

SCHOL. REC. in Pind. *Ol.* 14 (p. 420. 19 sqq. Abel) τὸ θ' ἀσυνάρτητον ἐκ δα-
κτυλικῆς διποδίας ἦτοι δίμετρον ἀκαταλήκτου καὶ τροχαϊκοῦ πενθημιμεροῦς.

SACERD. GL VI 543. 20 sqq. de metro iambelego. iambelegum metrum con-
stat ex syzygia iambica monometra et syllaba et ex dipodia dactylica penthe-
mimerica [duobus pedibus dactylicis et syllaba], unde etiam metrum nomen
accepit, quod iambico et elegiaco constat. melius erit latinum exemplum: nam
in utraque caesura finiam partem orationis, non ut graecum:

amore cogis scribere versiculos.

DIOM. GL I 519. 34 sqq. quinta ode tetracolos horatianum metrum habet
et per quaternos versus scanditur. nam ex duobus primis asclepiadeis et tertio
pherecratio et quarto glyconio constat. asclepiadei scanduntur ut supra dixi-
mus (p. 518. 32 sqq.) – nam duo penthemimeres et duae dipodiae sunt dactyli-
cae – sic, spondeus, dactylus, semipes, dactylus, dactylus: (Hor. *carm.* I 5. 1)

quis multa gracia, te puer, in rosa.

sic et secundus. pherecratium autem est trimetrum heroicum, spondeus,
dactylus, spondeus: (Hor. *carm.* I 5. 3)

grato, Pyrrha sub, antro.

item glyconium ex spondeo et choriambo et iambo sic: (Hor. *carm.* I 5. 4)

cui fla, vam religas, comam.

DIOM. GL I 527. 9 sqq. septima ode archilochium metrum habet et per bi-
nos versus scanditur, ex quibus unus hexameter: (Hor. *carm.* IV 7. 1)

diffu, gere ni, ves rede, unt iam, gramina, campis;

alter dipodia dactylice et semipes: (Hor. *carm.* IV 7. 2)

arbori, busque co, mae.

— ◡ — ◡

1b. ΑΡΘΗΟΝ. GL VI 70. 13 sqq. habet autem (*scil.* dactylicum hexametrum)
sedes sex, quas Aristoxenus musicus χώρας vocat. recipit etiam pedales figuras
tres: has Graeci dicunt ποδικὰ σχήματα nam aut in sex partes dividitur per mo-



nopodian, aut in tres per dipodian et fit trimetrus, aut in duas per κῶλα duo, quibus omnis versus constat, dirimitur. e cuius genere hae metrorum species gignuntur, diphilium seu choerilium, logaoedicum seu archebulium, aeolicum sive sapphicum et cetera, de quorum statu ac ratione suo loco dicemus.

— ◡ ◡ —

2. [PROB.] GL IV 225. 2 sqq. nominativus singularis 's' littera terminatus per naturas vocalium ultimam syllabam per diversa nomina et producit et corripit. has me necesse est explanare per ordinem vocalium litterarum. 'as' syllaba terminatus nominativus in graecis nominibus masculino dumtaxat genere longam aliquando recipit: (Verg. *Aen.* II 476)

una ingens Periphas

et: (Verg. *Aen.* VIII 466)

filius huic Pallas;

interdum brevem, ut: (Verg. *Aen.* X 239)

Arcas eques.

ergo in propria qualitate nominis producit, at in appellativa corripitur. feminino autem genere Graeci quoque nominis brevis est, ut Horatius: (*car.* I 12. 20)

Pallas honores:

dipodia dactylica, ut sit dactylus et spondeus; ut Vergilius: (*georg.* IV 463)

atque Getae atque Ebrus et Actias Orithyia.

DIOM. GL I 519. 8 sqq. secunda ode tetracolos metro sapphico, quod est pentametrum hendecasyllabum, scripta est, et sunt eius tres versus pares. recipiunt autem singuli quattuor hos pedes binarum syllabarum, trochaeum, spondeum, trochaeum, iambum, et ultimum trisyllabum bacchium, et scanditur sic: (Hor. *car.* I 2. 1)

iam sa,tis ter,ris ni,vis at,que dirae.

quartus, qui brevis est, recipit strophem et κῶλον δακτυλικῆς διποδίας appellatur et scanditur sic, dactylus, spondeus: (Hor. *car.* I 2. 4)

terrui urbem.

aliis vero hoc metrum his pedibus placuit constare, hippio secundo et choriambos et bacchio, et feritur sic:

iam satis ter,ris nivis at,que dirae.

hoc metrum catalecticum est, quoniam illi syllaba deest quo minus possit ter feriri κατὰ διποδίαν. [S.D.B.]